

NATALIS CO-  
MITIS MYTHOLO-  
GIÆ, SIVE EXPLICA-  
TIONIS FABVLARVM,  
Libri decem:

*In quibus omnia propè Naturalis & Moralis Philosophie  
dogmata contenta juisse demonstratur.*

Nuper ab ipso auctore recogniti & locupletati.

EIVSDEM LIBRI IIII. de VENATIONE.  
Cum Indice triplici, rerum memorabilium, virium &  
locorum à variis heroibus denominatorum, ac  
plantarum & animalium singulis  
Diis dicatorum.

Opus cuiusvis facultatis studiosis perutile ac propè necessarium.

Accessit G. Linocciij Musarum Mythologia, & Anonymi  
Observationum in totam de Diis Gentium  
narrationem, Libellus.



Sumptibus IACOBI CRISPINI.

M. D C. X L I.

quod significat



ILLVSTRISSIMO  
ATQVE REVERENDISSIMO  
Domino Ioan. Baptista Cam-  
peggio Maioricensi  
Episcopo  
S. P:



ICAVERA M libros hos Mytho-  
logicos Serenissimo Gallorum Regi Ca-  
rolo Nono fel. mem. tanquam munus  
non planè regia celsitudine indignum;  
ut in quibus omnia sapientia pracepta  
contineantur tam ad mores, quam ad  
naturam huicse uniuersi spectantia. Sed bellici tu-  
multus de religione in uniuersa propè Gallia insurgen-  
tes ita illum Regem vexarunt dum imprimerentur,  
ut ad quidvis potius, quam ad literarum cognitionem  
otulos detorquere licet. Inde effectum est, ut neque  
tunc nulli sint ad Regem, ut importune inter arma ubi-  
que obstrepentia: neque postea, ut res iam inueterata,  
in manibus omnium diu versata. At nunc mortuo  
illo Rege cum multis rebus aucti locupletatique denuò  
prodeant in lucem, vel ut antiquorum institutum ser-  
uum, qui sua opera viis illustroribus sue tempestatis;  
pristantioribusque gloria, virtute, auctoritate conse-  
crarunt: vel ut per hanc opportunitatem in gratiam



# NATALIS COMITIS MYTHOLOGIÆ

LIBER PRIMVS.

*Quod sit totius operis argumentum.*

CAP. I.



V M tantam esse perspicio cognitio-  
nis antiquorum fabularum utilita-  
tem, Illustriss. atque optime Ioan-  
Baptista Campeggi, quas poetæ, ve-  
teresque sapientes suis scriptis insc-  
ruerunt, quantum nullo orationis  
genere complecti possem: admirabi-  
le quiddam prosector nihil videti so-  
let, cur nullus ex antiquis scriptori-  
bus ad hanc usque diem vniuersam insignium fabularum  
explicatiouem suscepserit. Atque ideo magis, quod vniuersa  
philosophiae præcepta sub his ipsis fabulis, antiquitus con-  
tinebantur: quippe cum non ita multis annis ante Aristote-  
lis, & Platonis, & cæterorum philosophorum temporis,  
omnis philosophiae dogmata non aperire, sed obscurè  
sub quibusdam inscruementis traderentur. Græci enī  
cūm occultam philosophandi rationem ab Ægyptiis in  
patriam adduxissent, ne res admirabiles in vulgo ede-  
rentur, quod illis male percepitis ab religione & ab om-  
ni probitate plerūmque id facile desciscat: & ipsi per  
fabulas philosophari clām cœperunt. Deinde tamen sequen-  
tibus temporibus rē: fuisse denudata, omnisque recta  
philosophandi ratio ex his in lucem educta, pauci fabulas.

A